

Q.K
419
1

(X 187 89 80)

715
II R
4092

JO. FRID. MAYERI
De
Romani Pontifi-
cis Electione
Commentarius,
una cum
Accessionibus.

Hamburgi apud Gotfrid. Liebezeit 1700



Viro Illustrissimo
atque Excellentissimo

**DNO. PAULO
DE FUCHS,**

Domino Hæreditario in Malchow,
POTENTISS. ELECTORIS BRANDENBURGICI
Supremo Status Ministro & a Consiliis
sanctioribus, Rerum Feudalium & Ecclesiasticarum
Directori & Proto Synedrii Berolinensis Præsidi,

Viro ubique summo

S. P. D.

JO. FRID. MAYER D.



Pa-

PAtere, Vir *Per-Illustris*,
& pro perspecta beni-
gnitate Tua permitte
mihi, ut in Tua Te Malcovia ad-
eam. Soles ibi, qui totus ad hu-
manitatem factus es, totus natus
ad literas optimas ornandas, Vi-
ris eruditis etiam prolixiora Te-
cum colloquia non invidere.
Quod si vivorum fortassis, quod
rariuscule contingit, Tibi in Mal-
covia illa Tua præsto est nemo,
in quanta & quam illustri corona
mortuorum Doctorum assidue
versaris, quos non cum illis fer-
mones misces? Elegantissimam
Bibliothecam Tuam inuuo, qua

fiog

)(2

perpe-

perpetuo cingeris, & quæ sele-
ctissimos quosq; libros, non in-
ani pompæ, sed jucundis nec
infrequentibus usibus Tuis fervat.
Equidem, vir Summe, cum ante
hoc biennium beneficiô Tuo, Te
comite, illud omnium eleganti-
rum amœnitatumq; compendi-
um, Maicoviam illam Tuam oculis
usurparem, videbar mihi videre
vetus illud Tusculanum Cicero-
nis, quem Tu, Oratorum nostræ
ætatis facile Princeps, sive reddis
sive superas; aut villam Plinii, An-
næive Senecæ, sed quorum Tu in-
genium, virtutem, prudentiamq;
Christianus Seneca longissime
post

post Te relinquis. Hoc certe me-
mini, non inficiandis votis tunc
me expetisse, ut nullo alio in loco,
quàm in felici illa Malcovia Tua
erudito otio perfrui, ac Te præ-
sente, qui omnis virtutis & erudi-
tionis solidioris quæ hominem
ornare possunt felicissimus Magi-
ster quidam es, ætatem degere
mihi liceret. Nihil enim ibi ad vi-
tam jucundissime pariter ac bea-
tissime transigendam desidera-
tur, ita solers prudentia tua & in-
geniosa dexteritas omnes perfe-
ctissimi prædii numeros absolvit.
Sed & animo apprime consului-
sti, splendidissimo Lutherano-
rum

rum templo juxtà exstructo atq;
instaurato. Quanquam vero me
voti illius quod dixi mei damnari
haud licet, fortasse tamen libro
huic quem humiliter Tibi offero,
integrum erit, quod mihi ipsi in-
telligo negari. Consecrato enim
isthoc, asidue Tibi in Malcovia
Tua præfens esse unice desidero.
Cui si vel postremum in Biblio-
theca Tua locum concesseris,
jam voti compotem me factum
& sat felicitatis consecutum arbi-
trabor. Deum ter Opt. Max. sup-
plici prece oro, ut Illustrissimam
Excellentiam Tuam Nestoreos in
annos fervet ac tueatur, Tuosq;
cumu-

cumulet omni genere exoptissi-
mo prosperitatis. A Te vero, ut Po-
tentissimi Electoris Tui, cujus pe-
reñem felicitatem Numini com-
mendare nunquam cessabo, cle-
mentiss. propensionem ac volun-
tatem, Tuumq; ipsiq; favorem mi-
hi perpetuum ferves, etiam peto
& contendo. Quod si argumento
aliquo affectus me Tui gratiosi
certiorem reddere dignaberis,
Augustissimi Electoris devotissi-
mum subditum, DN. Responden-
tem Heckelium meum habebis
Tibi quam commendatissimum.

Scribebam Hamburgi 10. Novembr.

Ao. 1700.

Sylla-

Syllabus Contentorum.

- I. Quaestiones VI. de Electione Romani Pontificis
- 1) Num vivo adhuc Pontifice de successore Consilia agitare possint Cardinales?
 - 2) Utrum uxoratus possit eligi in Rom. Pontificem?
 - 3) An Papa uxoratus possit petere & reddere debitum Conjugale ?
 - 4) Utrum Romanus Imperator possit eligi in Pontificem?
 - 5) Utrum Papale Axioma oblatum quisquam recusaverit?
 - 6) Utrum electo Pontifici possit constitui Curator ?
- II. Commentarius de Electione Romani Pontificis.
- III. Cardinalis Azzolini Aphorismi quid necesse sit observare ei qui ad Pontificatum evehi desiderat.
- IV. De Titulo Pontificis Romani *Servus Servorum*, Dissertatio.
- V. Disquisitio Anti Grotiana, num dogma Pontificiorum sit, Papam Romanum esse Deum?
- VI. De Cardinali Decano quod munus Dux Bullioneus hodie sustinet, Dissertatio.



InnoCentIVs XII.

PontifeX proDeVs

In

Ipso IVbILæo MorItVr

1700.

Et

dum de novo surrogando suffragia
colligunt Purpurati Patres,

Questiones De

Electione Pon- tificis

Consensu Reverendiss. Fac. Theol.

in Universitate Christian - Albertinā
Præside

D. JO. FRID. MAYERO, P.P.

Consiliario Regio & Ducali in Sacris Prim.

Fac. Theol. Assessore

Sententiar. Collationi exponet


CHRISTIAN FRIDERICUS HECKEL:

Colberga Pomeranus.

D. Novembr.

Anno 1700.





JESU FORTUNANTE!

CIneribus *Vice-Dei* Sui componendis jam undique concurrunt Pontificii, vah in ipso Jubilæo amaros edere planctus & graves nœnias canere jussi. Quos vero planctus, quas nœnias? Pro-Deum suum obiisse, fuisse sibi Deum, sed mortalem, & jam hominis instar, cum divina omnibus ad Jubilæum adcurrentibus promitteret, mortuum,

InnoCentIVs XII,
PontIfex proDeVs
In
Ipso IVbILæo
MorItVr

1700.

Hiscæ querelis mature ut ponatur modus, (mortales enim immortales flere diu non putatur fas) in eo nunc sunt Purpurati Patres, ut e medio suo *novellum Orbi & Ecclesiæ Deum* obtrudant. Non est proletariæ res operæ ex hominum Ordine Deum producere, neque nullis ceremoniis agitur, cum novus eligitur Pontifex. Ritibus nos illis describendis singulare olim Volumen implevimus, integrumque negotium justo commentario exposuimus. Quem semel iterumque prelo commissum ut tertia jam vice recensere-mus, petiit à nobis Bibliopola, vir cum primis honestus & Optimus, cujus precibus oportunitis istud & dedimus perlibenter, & simul paralipomena nonnulla sive additamenta adjecimus. Hæc in *Illustri Christian-Albertina* publice defendenda in se suscepit Præcellens & in bonarū literarū solatium natus Vir Juvenis DN. CHRISTIA-

STIA-

STIANUS FRIDERICUS HECKELIUS, nullo digno satis elogio à me maectandus, qui isthoc potissimum argumento ac specimine ingenium suum industriamque Patronis probare, & quanto Academicarum Cathedrarum amore duceretur, ostendere voluit. Tu B. L. ex animi sententia Vale, ac Præstantissimi Juvenis laudatissimis conatibus fave: Quodque superest, studiis nostris noli esse iniquior, sed cogita, totum hoc opus me scripsisse nostris, ac studiosis quidem, qui uberiore & rariore illorum librorum apparatu destituuntur ex quibus solida rerum hujusmodi notitia, quam multi ex ipsis vehementer desiderant, unice peti debet. In horum nempe usum integra etsi quandoque prolixiora loca apponere consultum esse existimavi. Non itaque longa mihi Apologia opus adversus *Celeberrimum autorem Ephemeridum Gallicarum* quæ sub Bibliothecæ Universalis titulo aliquot abhinc annis Amstelodami prodierunt, & illo nomine librum hunc meum † obelo notare non dubitarunt. Neque ad versus Clarissimum Virum Dn. *Fuselinum* pluribus mihi depugnandum esse existimo, cum sua ipsi minime invidiam, & mihi satis fuerit præcipua argumenti mei attigisse, & quæ proxime illud spectant quantum potui perspicue distincte ac solide ex ipsis Pontificiorum scriptorum non inficiandis monumentis exposuisse. Iterum Iterumque Vale; Benevole Lector.

† *Bibl. Universell. T. 21. pag. 27.*

A 2

Quæst. I.



Quæst. I.

*Num vivo adhuc Pontifice de Successore consilia
agitare possint Cardinales?*

IN vulgus, Pontificis demortui jocus emanavit, quo à Cardinalibus Gallis, qui Pontificis mortem spe præcipientes Romam advolarant, veniam petiit, ne ægrè ferrent moram diuturnioris vitæ laboremque elusi itineris. Paulus certè IV. Anno 1558. excommunicationem interminatus est, infamiæ impressit notam omnibus, atque dignitates, officia illorum, proventus aut immunitates abstulit, quicumque vivo & inconsulto Pontifice aut Papalem dignitatem ambiunt ipsi aut de eligendo futuro Pontifice deliberant. Dabimus ipsam Pontificis Romani Bullam, quæ hic legi meretur, ex *Cherubini Bullario Magno* To. I. fol. 824.

Paulus Episcopus, Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

“ **C**UM secundum Apostolum nemo debeat sibi honorem
 “ **C**assumere, sed qui tanquam Aaron vocatur à Deo, facile
 “ **a**b omnibus judicari potest, quam graviter excedant, errent
 “ **&** peccent, qui tam inferiores quam superiores dignitates
 “ **E**cclésiasticas & ipsam denique B. Petri sedem ac Apostoli-
 “ **cæ** dignitatis culmen & apicem à Deo Optimo Maximo, à
 quo

quo omnia bona procedunt, nulla prorsus humana ope, nec⁶⁶
 cujusvis auxilio, consilio vel favore interveniente, prove-⁶⁶
 nire non arbitrantur, sed illas tanquam venales, aut alias⁶⁶
 in dispositione mortalium constitutas, diversis modis &⁶⁶
 mediis ambire & assequi, seu potius usurpare præsumunt.⁶⁶
 Nam ut Romanæ, & cujuslibet alterius tam ante quam post⁶⁶
 Domini Dei & Redemptoris nostri JESU CHRISTI in terris⁶⁶
 adventum benè institutæ reipublicæ de ambitu & contra⁶⁶
 ambitus reos sanctissimè promulgatas & inviolabiliter ob-⁶⁶
 servatas leges, ad præsens omittamus, nonne hujusmodi⁶⁶
 detestabile ambitus scelus etiam jure divino gravissimè pu-⁶⁶
 nitur, cum Absalon, qui regnum genitoris sui adhuc virentis⁶⁶
 ambiebat, ex mulo, cui infederat, elevatus, capillis capitis sui⁶⁶
 quercui suspensus remansit & à Joab tribus lanceis in corde⁶⁶
 transfixus fuit? Nonne illud sacrorum consiliorum à San-⁶⁶
 cta Dei Ecclesia receptorum & approbatorum autori-⁶⁶
 tas diversimode detestatur & punit, cum quemcumque⁶⁶
 Presbyterum aut Diaconum seu clericum, qui Papa in colu-⁶⁶
 mi & eo inconsulto subscriptionem pro Romano Pontifi-⁶⁶
 catu commodare, aut pietatia promittere seu sacramentum⁶⁶
 præbere tentaverit, aut aliquod suffragium polliceri, vel de⁶⁶
 hac causa privatis conventiculis factis, aliquid deliberare⁶⁶
 & decernere præsumserit, loci sui dignitate & communione⁶⁶
 privandum, anathematisque pœna plectendum censeat, &⁶⁶
 propter occultas fraudes & conjuratorum hujusmodi secre-⁶⁶
 tas insidias, si quis harum actionum particeps, consilia eorum,⁶⁶
 qui de Pontificali agunt ambitu, ad notitiam Ecclesiæ deferat⁶⁶
 & rationali probatione convincat, eum non solum ab omni⁶⁶
 culpa purgatum remanere, verum etiam remuneratione non⁶⁶
 indigna sublevari velit, & statuatur & exinde non modo sacro-⁶⁶
 rum canonum sed etiam secularium legum interpretes pe-⁶⁶
 ritissimi & probatissimi ambientes Papatum, aut super eo,⁶⁶

"Papa vivente & inconsulto tractantes, seu conventiculas
 "facientes, crimen læsæ majestatis in primo capite &
 "simoniacæ hæreseos incurrere decreverint, non sine cla-
 "ra & aperta ratione, cum omnis tractatus de loco,
 "dignitate, & bono alicujus viventis eo non consentien-
 "te ab utroque jure prohibeatur, & reprobationis præsertim
 "cum inde præstetur votum captandæ mortis, quod sacri ca-
 "nones & venerandæ leges passim abhorrent & detestantur.
 "Accedit, quod cum inter Pontificem & Ecclesiam contraha-
 "tur spirituale conjugium, quod fortius carnali, gravissimæ
 "pœnæ ex utriusque juris censura imponuntur iis, qui con-
 "stante matrimonio de alio conjuge tractare præsumunt.
 "Quare cum peccatis exigentibus plures indies B. Petri se-
 "dem, nobis viventibus & inconsultis, ambire, & conventicu-
 "las superinde facere dignoscantur, & ad hoc suffragia S.R.E.
 "Cardinalium obtinere & quodammodo subharrare procu-
 "rent & fatagant.

§. I. Nos cupientes hujusmodi detestabile ambitus &
 "illi conjunctæ simoniacæ hæreseos & læsæ majestatis non so-
 "lum nostri sed etiam successorum nostrorum Romanorum
 "Pontificum pro tempore existentium temporibus perpetuo
 "abolere, & non solum ex usu, sed etiam ex mentibus hominum
 "præsentium in electione Romani Pontificis, qui Domini Dei
 "& Salvatoris nostri JESU CHRISTI in terris Vicarius exi-
 "stit, radicitus revellere, & in præmissis, pro tantæ rei neces-
 "sitate & periculi magnitudine, ut tenemur, salubriter provi-
 "dere, habita super his cum venerabilibus fratribus nostris
 "ipsius S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorum
 "consilio & unanimi assensu, hac nostra perpetuo valitura
 "constitutione, Apostolica autoritate & de nostræ Apostolicæ
 "potestatis plenitudine omnes & singulas excommunicati-
 "onis, suspensionis & interdicti ac privationis & quasvis alias
 sen-

sententias, censuras, & pœnas dudum à Romanis Pontifici-
 bus prædecessoribus nostris aut sacris Consiliis seu Sancto-
 rum Patrum nostrorum decretis, statutis, capitulis, cano-
 nibus & constitutionibus & ordinationibus contra sic ambi-
 entes quomodo libet latas & promulgatas approbamus &
 innovamus, ac perpetuo observari & in viridi observantia,
 si forsan in ea non sint, reponi & esse debere.

§. 2. Nec non quoscunque in præmissis tam nostro
 quam successorum nostrorū prædictorum tempore, publicè
 vel occulte aut alias quomodolibet delinquentes cujuscumq;
 status, gradus, ordinis, conditionis & præeminentiæ existant,
 etiamsi Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, aut alia ma-
 jori Ecclesiastica dignitate seu Cardinalatus honore vel mun-
 dana, etiam Ducali, Regali, Reginali aut Imperiali auctoritate
 seu excellentia præfulgeant, & eorū quemlibet, sententias cen-
 suras & pœnas prædictas incurrere volumus & decernimus.
 Et nihilominus considerantes dignum esse, ut quos Dei timor
 à malo non revocat, Ecclesiasticæ saltem coërceat severitas
 disciplinæ, de similibus consilio & assensu ac auctoritate, &
 plenitudine potestatis volumus & declarando statuimus, or-
 dinamus & decernimus, quod sententiis, censuris & pœnis
 prædictis in suis robore & efficacia remanentibus ac effectum
 suum sortientibus, omnes & singuli, tam clerici, quam utrius-
 que sexus laici, qui per se vel alios nobis viventibus & in consul-
 tis, verbis vel scriptis aut nunciis cum aliquo de futuro Ponti-
 fice eligendo, hætenus tractarunt, vel tentarunt seu in posterū,
 Romano Pontifice vivente & inconsulto tractabunt vel tenta-
 bunt, etiamsi, ut præfertur, qualificati & dignitate honore &
 auctoritate & excellentia prædictis præditi existant, sint ipso
 jure & facto absq; alia de super ferenda sententia excõunica-
 ti excõmunicatione majori & maledictione æterna damnati
 & ab excõmunicatione & maledictione hujusmodi per alium
 quam

"quam per nos & Romanum Pontificem pro tempore exi-
 "stentem, præterquam in mortis articulo absolvi non possint,
 "incurrerintq; & incurrant respectiue crimen Simoniacæ hæ-
 "reseos & læsæ majestatis in primo capite, ac privationem o-
 "mnis etiam Episcopalis, Archiepiscopalis & Patriarchalis ac
 "cujusvis alterius majoris vel minoris dignitatis ac Cardina-
 "latus honoris, nec non Ducalis, Regalis, Reginalis & Impe-
 "rialis auctoritatis & excellentiæ ac omnium & singularum
 "Ecclesiarum Cathedralium etiam Metropolitan. & Patriar-
 "chaliū, monasteriorum quoque ac Prioratum, aliorumq;
 "beneficiorum & officiorum Ecclesiasticorum, cum cura &
 "sine cura secularium ac quorumvis Ordinum regularium per
 "eorum quemlibet obtentorum nec non quorumvis fructuum,
 "redituū, & proventuū Ecclesiasticorū ac pensionum annuarū
 "super similibus fructibus, redditibus & proventibus reservato-
 "rum & assignatorum ac Regnorum, dominiorum, feudorum
 "& bonorum spiritualium & temporalium vel ministrorum et-
 "iam patrimonialium & allodialium, nec non jurium patro-
 "natus & jurisdictionum quarumcunque, careantque voce a-
 "ctiva & passiva, ac effecti sint, & efficiantur respectiue perpe-
 "tuo inhabiles & incapaces omnium dignitatum, honorum,
 "bonorum, jurium & legitimorum actuum, perpetuaque infam-
 "ia ubique gentium sint notati, & notentur respectiue, nec
 "infamia hujusmodi ab iis aboleri, neq; ipsi ullo unquam tem-
 "pore ad vocem, dignitates, honores, bona jura, & actus hu-
 "jusmodi, nisi ex speciali verbo & mandato nostro, seu Roma-
 "ni Pontificis pro tempore existentis, nostra seu illius manu
 "propria subscripto, ac specifica, & individua reatus & culpæ
 "suæ qualitate expressa restitui possint.

§. 3. Quodque similes sententias, censuras & pœnas
 "respectiue incurrerint & incurrant ipso jure & facto ac sine
 "alicujus sententiæ prolatione omnes & singuli etiam ut præ-
 mit-

mittitur, qualificati & dignitatibus hujusmodi præditi, cujus-
 vis sexus & ordinis existant, qui per se vel alium seu alios a
 die nostræ ad summi Apostolatus apicem assumptionis, neque
 in hanc diem, in præmissis aut eorum aliquod quodvis auxi-
 lium, consilium vel favorem seu operam verbis vel scriptis
 aut re vel facto, seu promissione, pollicitatione, suasionem vel
 his omnibus infimul, aut quovis alio modo directè vel indire-
 ctè, principaliter vel incidentaliter præstiterunt, seu in futu-
 rum quovis etiam successorum nostrorum Romanorum
 Pontificum tempore præstabant, aut in præmissis mediato-
 res, proxenetæ, nuncii, mandatarii procuratores seu trapezi-
 tæ fuerunt, vel in posterum, ut præfertur, erunt, seu alias se in
 præmissis quovis modo intromiserunt, vel immiserunt seu
 in posterum etiam tempore successorum hujusmodi habe-
 bunt, nisi ea nobis aut successoribus nostris, quorum tempore
 id continget, vel alteri, cui id per nos vel successores prædictos
 commissum fuerit, per se vel alium seu alios, cum primum com-
 de potuerint revelaverint, etiamsi in præmissis aliquod aliud
 auxilium, consilium, vel favorem aut opem non præstiterint.

§. 4. Nos enim iis qui præmissa revelaverint, etiam-
 si complices fuerint, non solum veniam, sed etiam gratiam &
 præmia pollicemur, prout etiam successores nostros præfatos
 facturos esse confidimus, ad hoc, ut eorum judicio, participes
 tanti criminis valeant coerceri.

§. 5. Et si quis ullo unquam etiam dictorum succes-
 sorum nostrorum tempore præsentis literas & in eis conten-
 ta quæcunque injusta illicita vel iniqua existere aut in toto
 vel in parte non valere, seu aliquo tempore non valitura esse
 vel a nobis sic fieri non potuisse aut non debuisse, ausu teme-
 rario asserere præsumserit, cujuscumque dignitatis existat, et-
 iam si Cardinalatus honore, aut Regia vel Imperiali præemi-
 nentia & excellentia præfulgeat, ipso jure & facto ana-
 the-

B

the.

“thematis mucrone percussus sit, & contra eum, tanquam
 “verè schismaticum & hæreticum inquiri & tanquam talis
 “puniri ejusque memoria damnari possit.

§. 6. Non obstantibus & ordinationibus Apostolicis,
 “nec non cujusvis conclavis capitulis etiam juramento, con-
 “firmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, pri-
 “vilegiis quoque indultis & literis Apostolicis sub quibuscun-
 “que tenoribus & formis ac cum quibusvis etiam derogato-
 “riarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clau-
 “sulis, nec non irritantibus & aliis decretis, quibusvis personis
 “sub præsentibus comprehensis per quoscunque Romanos
 “Pontifices prædecessores nostros, ac nos & sedem Apoſto-
 “licam etiam motu proprio & ex certa scientia ac simili pote-
 “ſtatis plenitudine aut consistorialiter seu alias quomodolibet
 “concessis & etiam iteratis vicibus approbatis & innovatis,
 “(quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatio-
 “ne, de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica ex-
 “pressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per
 “clausulas generales idem importantes mentio seu quævis
 “alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma servan-
 “da esset, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil
 “penitus omisso & forma in illis tradita observata, inserti fo-
 “rent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo ro-
 “bore mansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse de-
 “rogamus & sufficienter derogatum esse decernimus,) ceteris-
 “que contrariis quibuscunque.

§. 7. Ut autem præsentibus literæ ad omnium, quorum
 “interest, notitiam deducantur, nec aliquis earum ignoran-
 “tiam prætereundere valeat, volumus eas in Basilicæ Principis
 “Apostolorum de Urbe, & cancellariæ Apostolicæ ac acie
 “Campi Floræ per aliquos ex Cursoribus nostris publicari,
 earum.

earumque copiam inibi affixam dimitti, nec non publica-⁶⁶
tionem & dimissionem copiae affixae hujusmodi sufficere, &⁶⁶
omnes quos eadem literae tangunt arctare perinde, ac si eis⁶⁶
personaliter intimatae, & notificatae fuissent.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-⁶⁶
nam nostrae approbationis, innovationis, hanc declaratio-⁶⁶
nis, statuti, ordinationis derogationis decretorum & volun-⁶⁶
tatum infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis au-⁶⁶
tem hoc attentare praesumserit, indignationem Omnipot-⁶⁶
tentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se-⁶⁶
noverit incursum.

Dat. Romae apud S. Petrum, Anno Incarn. Dom. 1558. 17. Kal.

Januarii, Pontificatus nostri anno 4.

Non ne ista riserunt haecenus fulmina Purpurati Pa-
tres? Junge haec illis quae infra scripsi p. 75. & adde quae de
calamitatibus Cardinalium qui vivo Sixto IV. Pontifice Ra-
phaelem Rianum Cardinalem Romanae Ecclesiae Camera-
rium Papam volebant, apud *Giacconium* de Vitis Pontif. ha-
bes To. III. Opp. fol. 75. & in dissertatione nostrae de CAR-
DINALI DIACONO cap. II. n. I.

Quaest. II. *Utrum UXORATVS Spossit eligi in
Rom. Pontificem?*

PLuribus nuper hoc argumentum exsecutus sum peculi-
ari dissertatione de *Pontificibus Rom. Uxoratis* scripta. Pla-
cet jam addere sequentia. *Martinus Bonacina* Episcopus Uticen-
sis, cujus testimonio Theologiae Moralis Doctores multum tri-
buunt, (vide *Leonem Allatum* in *Apibus Urbanis* p. 189.) in tra-
ctatu de legitima Summi Pontificis Electione Venet. A. 1638. hanc
quaestionem p. 48. ita expedit: *Sed modo dubium est, utrum
vir conjugatus eligi valide possit.*

B 2

Respon.

Respondeo Affirmativè, quia electus a duabus Cardinalium partibus censetur validè electus, exceptis casibus in jure expressis; hic autem casus in jure exceptus non est: quamobrem si Summus Pontifex virum conjugatum ad Cardinalatus gradum promoveat, eumque Cardinales, sede vacante, ignorantes vinculo matrimonii obstrictum, in Papam elegant, valida est electio, etiamsi cognito matrimonii vinculo non eligissent, nec eligere debuissent, ita Gondislaus Villadiego de origine Cardinalium num. 33. & alii quos sequitur Jacobus lib. 8. art. 9. contra Paulum Cortesium de Cardin. lib. 3. cap. 4. vers. nec item. Quod ex Villadiego hic addit eligere non debuisse, vix capio, cum nullibi lex ab ullo Pontificum lata fuerit, quæ uxoratos ab hac dignitate arceat, atque Electoribus, ne conjugatorum habeant rationem, injungat. Hinc nulla restrictione addita Hunoldus Plettenbergius Jesuita doctissimus Libro Hildesii A. 1683. edito, quo Notitiam congregationum & Tribunalium Curie Romanae complectitur, p. 92. Si Uxoratus quoque eligatur in Summum Pontificem, valida erit electio.

Quæst. III. *An Papa Uxoratus possit petere
& reddere debitum Conjugale?*

THOMAS SANCHEZ quem Moralistarum Petronium jure dixeris, lib. VII. de Impedimentis Matrimonii Disput. XXXIII. num. 21. Doctoris cujusdam ex Belerama sententiam refert, statuentis non debere reddere Papam uxoratum conjugii debitum, quod ob majus commune bonum uxor privanda sit absque culpa jure suo. Ipse vero Sanchezius multis Canonistarum testimoniis stipatus respondet: Si absque licentia Uxoris ad Summum electus quis fuerit Episcopatum, posse ab uxore revocari, ut ei teneatur debitum reddere. Cum enim hoc sit justitiæ prius, non potuit ladi per Pontificatum, quantumvis bona fide assumptum, eo quod Uxor mortua crederetur. Eadem Bonacina mens hæsit

hæsit, ita enim l. c. *An autem Papa in tali eventu possit debitum petere vel conjugii petenti reddere teneatur, constat ex regulis generalibus traditis de voto castitatis in tractatu de legibus & de matrimonio, ubi docui Papam teneri debitum reddere si uxor ad continentiam induci nequeat, nec ipsa iuri suo antea cesserit. Atque his dudum præluferant Canonistæ. Unde satis solidè causam Amadei Ducis Sabaudia conjugati, qui Pontificatum ambiebat, peroravit, qui ipsius partibus favebat in Concilio Basileensi. Id autem, quod de Uxore dicitur, nihili pendo, cum non solum, qui uxorem habuit, sed adhuc uxorem habens queat assumi. Cur enim disputant Doctores, an uxoratus electus in Papam uxori solvere debitum teneatur? nisi quoniam etiam conjugatus recipi possit? fuerintque ut scitis etiam in matrimonio Pontifices, nec Petrus Apostolorum Princeps uxore caruit. Quid ista modo obiicimus? fortasse non esset pejus sacerdotes quamplures uxorari, quoniam multi salvarentur in sacerdotio conjugato, qui sterili in presbyteratu damnantur. Sed de hoc alias. Vide Ortuinum Gratium hominem Pontificium in fasciculo rerum expetendarum & fugiendarum To. I. Edit. Londinensis Eduardi Broun, p. 50. & 51. Mira vero res id in disceptationem vocare, de quo (1) præceptum Apostoli omnibus conjugatis præscriptum extat. 1. Cor. VIII, 3. 4. 5. *Uxori vir debitam benevolentiam reddat: similiter autem & uxor viro. Uxor proprii corporis ius non habet, sed maritus: similiter & maritus proprii corporis ius non habet, sed uxor. Ne fraudetis vos invicem, nisi si quid ex consensu, pro tempore, ut vacetis jejunio & precationi: & rursus in unum conveniatis, ne tentet vos Satanas propter intemperantiam vestram.* (2) quod Primi (ex Pontificiorum sententia) Pontificis Romani exemplum probavit. Is etenim postquam jam (cogentibus sic hypothesibus Papæis) caput Ecclesiæ constitutum esset*

Divam Petronillam genuit, cujus sacra liplana Basilica S. Petri Romæ custodit & memoriam ultimo die Maji Romana Ecclesia veneratur. Petronilla à Patre *Petro* dicta (ita Corn. à Lap. in Matth. VIII. f. m. 195.) Pater in Apostolatu Petri nomen accepit, ergo vel nomen probat filiam hanc post Patri impositum Petri nomen h. e. ipso Apostolatus tempore natam fuisse, ante Apostolatum enim non Petronillam sed Simonillam dixisset. Verum excipit *Baronius* Tom. I. Annal. p. 669. *Ceterum quod Petronilla sit dicta in Baptismate potius more majorum, cum renata est, contigisse.* Sed probet *Baronius* hanc consuetudinem isthanc attingere ætatem, ut in S. baptismate nomina baptizandorum mutarentur. Disputo ad hominem, *Christum propriis manibus Petrum baptizasse* *Baronii* opinio est (in quam peculiari dissertazione Anno 1672. inquisivi) sed quam mutationem in baptismo Petrinum passum est nomen? His adde, quod & *Petronille* elegantia & *Flacci* amor cum *Petronilla* ante Apostolatum genita non subsistant. Negare id nequit *Cardinalis*, cujus hæc l. c. est confessio: *Cum Petri filia ante Apostolatum nata iam provecioris ætatis, haud putandum, excellentis formæ fuisse, ut eam homines deperirent. Nam obitus Petronilla tunc contigit, quando Nicomedes Presbyter, qui à Flacio teneri iussus est, statim, ut corpus Felicula sepulture mandavit, martyrium consummavit (quod Usuardus in Nicomede accidisse tradit sub Domitiano Imperatore) plane dicendum esset, eam tunc fuisse sexagenariam: sin vero eam sequenti anno à Petri martyrio esse defunctam dixerimus (quod nemo tradit) fuisse eam jam quadragenariam adfirmandum esset: cui ætati si jugem morbum addas, quo eam afflictatam esse, Acta tradunt, plane haud ejusmodi potuit esse præstantis formæ, ut Flaccus eam tam vehementes amaret.*

Quæst. IV.

Quæst. IV. *Utrum Romanus Imperator possit eligi in Pontificem?*

Quamvis in numerum Laicorum Summum Christiani Orbis caput Imperatorem Romanum detruserit prætumidus Sacerdotum Romanensium Ordo, aliquid tamen clericæ dignitatis isti ut & aliis Regibus concedere fuit coactus.

Canonicum enim St. Petri & Johannis Lateronensis Romæ esse constat. Accipe, quæ ea de re habet Nicolaus Desnos Prior Conventualiũ & Administrator Generalis majoris Domus Dei Bruxiensis Ord. Canonorum Regular. Divi Augustini in Canonici Secularis & Regularis præfatione ad Lectorem. Quorum adeo Ordini adscisci etiam ambiere Imperatores, Reges, Principes, rati plurimum splendoris sua additum iri purpuræ, si Imperatoria Regique Majestati Canonici nomen ac insignia accessissent. Exempla Imperatorum, Regum & Nobilium, qui gaudent adscisci Collegiis Canonorum. Imperator censetur Canonicus Sancti Petri Romæ, & sancti Johannis in Laterano, ut testatur Marcellus Corcyr. lib. Sacrarum Ceremoniar. Francorum Rex oblati superpelliceo & Amutio in Canonicum variarum Ecclesiarum Regni recipitur, teste Halliero tract. de sacris election. titul. de sacra unct. & de eodem in Ecclesia Pictaviensi testatur Abbas in caput extirpanda, & Barbosa. Rex Hispaniarum inter Canonicos Toletanos adscribitur, ut refert Solorzano in Politica lib. 4. c. 2. & inter Legionenses, ut notat Valdes de Dignit. Regia cap. 14. De Carolo V. Imp. Canonico ad D. Petri Romæ consule Ciaccon. To. III. Vit. Pontif. f. 451.

Neque tamen si vel maxime conditionis Laicæ tantum esset, possit hujus dignitatis spe excidere. Habes præscriptas, si *Laicus eligatur Pontifex, Cæremonialis Romani regulas p. 24:*

Quod si forte electus in Papam esset merus Laicus (nam & Laicus eligi potest, dummodo sit Christianus & Catholicus) accipiet primam

primam tonsuram & minores ordines, ut alii inferiores, nisi quod erit indutus cum rochetto & matito post collum & mitra & in suo faldistorio recipiet instrumenta ordinum & habitum & non dicuntur monitiones, sive exhortationes, sed a substantialibus incipitur.

Hinc gloriosiss. recordationis Imperator Maximilianus I. nullis laboribus, opibus nullis pepercit, quo (cum ex Cardinalium quoque prudentiorum judicio hoc axioma dignissimus esset) Papalem dignitatem adipisceretur. Desiderium Imperatoris Max. vix explicabile produnt literæ ad Paulum von Lichtenstein Anno 1511. den 16. Septembris apud Goldstum To. XII. von Reichs. Handeln/ fol. 428.

Maximilian II.

Der/lieber getreuer: Uns zweiffelt nicht/Du trägst noch in frischer Gedächtniß unser Anzeigs dir vor verschiedene Zeiten gethan/aus was Grund und Ursachen wir Willen und Meinung hätten nach dem Pabstthumb/wo wir anderst darzu kommen möchten/zustellen: Darauf wir denn bissher für und für unser Bedencken gehabt. Nun finden wir in uns selbst/auch im Grund also ist/uns nichts ehrlicher/höher oder besser zustehen/als be- rührt Pabstumb zu überkommen.

Und dieweil denn jeko Papsst Julius der jüngst kürzlichen gar tödlich krank worden/und als die durch unsern Hof und Tyrolischen Cankler Ciprian von Serentin angezeigt ist / alle Welt zu Rom gemeint hat/ er sey mit

Tod

Tode vergangen / haben wir demnach in uns selbst
entschlossen / vorberürtem unserm Fürnehmen / so viel
möglich ist / nach zu kommen / und dermassen handeln
und procediren zu lassen / damit wir zu dem gedachten
Pabsthum kommen mögen / und darauff jeko den Car-
dinal Adrianus, so ein Zeitlang / wie du weißt / hieraus
in Teutschlanden gewesen / die berührten Sachen vor-
geschlagen: Der uns denn gänzlich dazu rathet / und
vermeinet / es soll keinen Mangel an den Cardinälen
haben / und an solchem Zuhören / vor Freuden gewes-
net. Und nachdem du aber selbst woll ermessen und
gedencken magst / wo der Papsst also sturb / als sich
ganz zu versehen ist (denn er isset wenig / und das er
isset / seynd alles nur Frücht / und trinckt so viel mehr /
daß dadurch sein Leben keine Beständigkeit hat) und so er
sturb / so ist der von Gürlich von uns gefertigt / gen Rom
zu Postiren / hinder das Pabsthum zu helfen. Aber
nach dem solches ohne eine merckliche Summa Geldes /
die wir darauff legē / uns gestehē lassen müssen / nicht woll
beschehen mag / habē wir demnach angeschlagen / zu Noth-
turfft vorberührtes unsers Fürnehmen uff zu sagē / und
versprechen den Cardinälen / und etlichen andern Personē /
in diesen Sachen zu verhelffen / bis in die drey mahl hun-
dert tausend Ducaten zugebrauchen / un̄ daß solches alles
durch der Suggestor Panck daselbst zu Rom entliehen / gehan-
delt / bestelle / und zugesagt werden / und beschehen müste.
Und dieweil du aber weißt / wir dieser Zeit mit Geld
E nicht

nicht gefast seyn / auch an unserm Vermögen nicht ist / jetzt gedachten Tugger vorbestimpter Summa Geldes haben anderst als mit unsern Kleinodien zu vergnügen / und dieselben einzusetzen. Demnach befehlen wir dir / mit allem Ernst / und wollen / daß du von stund an / und auff das aller förderlichst bemeldten Tugger vorberührte Sachen / und was uns daran gelegen ist / mit bestem Tügen / wie du wollt zu thun weisst / in geheimb und auff die Pflicht / damit er uns als unser Rath verbunden ist / zu erkennen gebest / und darauff mit allem höchsten und besten Fleiß / so möglich ist / handelst / uns zu Ehren und Gefallen / die vorberührten 300000. Ducaten zu diesem Handel in sein Pannsch gen Rom ein Theils zu erlegen / und durch absprechen gewiß zu machen / in der gestalt / daß seine Factores daselbst solch Geld denen so ihnen durch unsern Fürsten und Lieben andächtigen Mattheissen / Bischoffen zu Gurck / und ander unser Oratores so wir daselbsten gen Rom verordnen / angezeigt werden / gewißlich zu entrichten / und zu bezahlen / und auff redliche Ziel das halb / wie gemeldet ist versprechen / und ihnen deshalb Zusag Zettul aus der Pannsch / wie Gewohnheit ist / geben.

Derentwegen wir ihme alsdenn die besten vier Truben mit unsern Kleinodien / mit samt unsern Lehen Gewand / daß denn nicht dem Reiche / sondern uns dem Hause Osterreich zugehörig ist / und wir / wo wir Papstthumb erlangen / nicht mehr bedorffen. Denn wo wir uns von mehrer Ehren wegen zuvor Keyser krönen lassen / wollten wir uns des Heil. Herzogs Carls Lehen Gewand / das wir mit uns zunehmen willen seyn / betragen / zu Fürpfande einsetzen wollen. Und denn er uns jeko zu Stund in Abschlag obbestimter Summa oder auff dein selbst Versprechen

Dar

(darumben wir dich auch vergewissen und versichern wollten)
 10. M. Duc. bahr in den Wechsel gen Rom zu des obbes
 meldten von Gurcks Handen mache / und was uns sol
 ches aus oberzehnten Ursachen den sondern Vertrauen nach
 so wir zu ihm tragen / keines Weges abschlage noch verzie
 he. So wollen wir dir / so bald du obangefüget unser Be
 gehren von dem Fugger erlangest / daß du uns den zu stund
 und foderlichen bey Tag un Nacht zu schreiben sollest / gnug
 sam befehlich / Quittung / und andere Brieffe / die vorbe
 rührte Truben und Lehen Gewand zu überantworten / zu
 schicken / dieselben fürter / wie oben stehet / dem obbenanten
 Fugger einzusetzen.

Und so fern sich derselbe Fugger in berührter Hand
 lung mercken ließ zu wissen / wenn wir solch unser Kleinod
 dien / und Lehen Gewand / wo er die in seiner gewalt
 sam hett / von ihm wiederumb lösen wollten / soll
 stu ihm anzeigen / und zu erkennen geben / daß wir der Mei
 nung seyn / ihn zu bezahlung vorberührter Summa der 300
 M. Duc. und darzu umb 100. M. Duc. die wir ihm umb
 seine drey Kleinodien / so wir auch von ihm zu nehmen / wie
 wohl der berührten Summa nicht würdig seyn / aber jedoch
 in geheim zu einem Interesse vorberührts seines Darleihens
 zu geben Willens seyn / daß den in einer ganzen Summa
 533. M. Fl. Rheinisch bringen würdet / uff des Reichs Hülff
 Geld / so wir jeko uff nechstkünfftigen Reichstag von den
 Ständen desselben Reichs erlangen werden: Desgleichen
 unser Erblichen Fürstenthumen Landkünstiges Hülffs und
 Steuern / und darzu das Geld / so uns von unsern Lieben
 Brudern / dem König von Hispanien / Ordinari jährlich
 gereicht würdet / verweisen / und solches alles zu Erledia
 gung unserer Kleinoter verfolgen lassen. Wo aber das als
 les angezeigte Summa nicht erreichet / daß wir ihm als

E 2

dem

denn umb die Ubermaß den dritten Theil alles unsers Einkommens obgedachtes Babstthums bis zu völliger Bezahlung zustellen wollen. Deshalb er dann einen aus seinen Freunden / der ihme gefällig ist / zu uns an unsern Hofse verordnen mag / den wollen wir zu unsern Schatz oder Kammermeister vorberührt unsers Einkommens zu handeln / auch sein dritten Theil zu empfangen / und einzunehmen machen / auch denselben in andern unsern Sachen zu gebrauchen.

In dieser obangezeigten Sachen alle dein besten und möglichsten Fleiß nicht sparest / oder unterlassest / solches alles also gewißlichen zu erlangen. Und ob dir schon berührt unser Begehren einmahl oder mehr von demselben Suggest abgeschlagen würde / nichts desto minder wiederumb anhaltest / und dermassen handelst / damit uns obangezeiget unser Begehren erfolge. Und bis darinn nicht feumig oder läßig / sondern brauch also Fleiß / wie wir unser Vertrauen zu dir setzen / und auch die Eilund Nothdurfft dieser Zeit erfodert. Und was dir in dem allen begegnet / uns solches forderlichen zuschreibest / uns darnach haben zu richten. Daran thustu uns sonder gnädiges Gefallen / und wir wollen gegen dir und den deinigen erkennen / und zu gutem nicht vergessen.

Wir fügen dir auch zu wissen / daß uns unser Secretari Johann Colla uff heut geschrieben hat beneiner eigen Post / daß die Ursiner / Colonenser / und das Populus Romanus gänzlich beschlossen senn / und fürgenommen haben / keinen Papst der Frankösisch oder Hispanisch sen / oder durch diß gemacht werde / zu haben / oder anzunehmen. Und schicken darauff ihre Pottschaft in geheimb zu uns im Schein zu begehren / daß wir und der Frankoß nicht kriegen sollen / dafür zu bitten / als die so Neutral senn
am

am Papstthumb. Geben Brixen d. 16. Sept. Anno 1511.

Utinam voti sui compos evasisset, quantos sub tanto Pontifice Evangelica Reformatio, quæ tunc instabat, fecisset Progressus! Ducem Saxoniae Georgium, hostem quamvis sibi infensissimum, Pontificem enixe expetebat Divus Lutherus eò, quod multum quoque præsidii ad emendandos clericos ab animosissimi Ducis constantia & germani pectoris candore sibi promitteret. Juvat audire B. Virum in Colloqu. Mensal. fol. 336. b.

Doct. Mart. Luther sagte/das H. G. zu Sachsen/für dem Reichstage zu Augspurch Anno 1530. ein groß dicke Decretal geschrieben/wie die Geistlichen könten reformiret werden/das hette er mit sich auff demselben Reichstag genommen. Und sprach D. Luther darauff/ich wolte daß der Kayser ihn zum Babst machte/ich meine er sollte den Bischöffen mit ihre Bis- thumen zusprechen/mehr und herter/den der Luther. Die Pa- pisten allzumahl würden den Luther lieber leiden zu einem Re- formatoren/denn H. Georgen/Ich wolte/das ers schon wäre/ ich wolte gern mit eine Reformation leiden / neben den Bi- schoffen / denn die Decret straffen die Bischöffe vielmehr den der Luther.

Herzog Georg wolte gern den Babst reformiren / als ein Reformator der Kirchen/also daß der Bischoff vñ Mannz nur ein Bis- thum habe / und mit XIV. Pferden reite und fah- re/ Item der Bischoff von Merßburg nur 3. Pferde hätte und daß der Babst von der Simonia ablasse und nicht den geistlichen Wucher treibe. Nu alle Papisten bekennens selbst/ daß es hoch vonnöhten sey/ daß man die Bischöffe reformire/ aber die Pfaffen dürffens nicht wagen daß sie in die Refor- mation willigten / und die stolzen hoffärtigen Itali / erkenen jetzt ihre Sünde und Bosheit. Allein thut ihnen das Wehe/ das sie von uns Teutschen/ als einer barbarischen Nation /

E 3

fol

sollen gestrafft werden. Wenn doch einer in Italia aufstrete / der ein Ansehen und Hinderhalt hätte / und die Reformation sich unterfinge / der mögte etwas ausrichten.

Quæst. V. *Utrum Papale axioma oblatum quisquam recusaverit?*

De Cœlestino V. (quo de infra cap. I. p. 5. 6. seqq. quibus adde Theoph. Raynaudum Hoplotheçæ contra ictum calumniæ cap. 14. To. XII. Opp. f. 624. qui Cœlestini laudes congescit, ipsumq; ab omni hebetudine liberat) hoc ex *Petrarcha* atq; *Aliacensi* affirmat *Palatinus in vita Cœlestini* fol. 135. quod non nisi coactus oblatam dignitatem susceperit.

„ Decreti postea Archiep. Lugdunensis, Urbevitanus, & Portu-
 „ ensis Episcopi cum duobus notariis Apostolicis, qui ipsi Cardinali-
 „ um literas afferrent, & ad suscipiendum Pontificatum adducerent
 „ juxta Prophetiam S. Malachiæ, *Ex eremo celsus*: quia ex eremo e-
 „ rigeretur ad thronum excelsum. Extant literæ apud Monachos
 „ Cœlestinos & Uvadingum. In sylvis itaq; degentem adire lega-
 „ ti, ac venerandum senem, inculta veste horridum, macie sqali-
 „ dum, tumentibus ex continuo lacrymarum imbre palpebris con-
 „ spicati, se ad illius genua demisere. Attonitus ille vicissim ad ge-
 „ nua eorum procubuit. At illi exposita adventus causa, & Cardi-
 „ nalium suffragiis scripto prolatis: fugam ille tentavit protinus cum
 „ Roberto Salentino discipulo suo. Sed inopinata & subita populi
 „ multitudo circumventus, cum evadendi nulla spes esset, in di-
 „ scipulum versus quæsivit; an se ad excelsa tractum & coactum se-
 „ qui vellet? Ille autem qui a magistro didicisset mundum spernere,
 „ Christum vero, & quibus ad Christum itur, virtutem, pacem, si-
 „ lentium & solitudinem amare: Quæso, ait, ut & labori, & pericu-
 „ lo meo parcas, meq; potius cellæ inopis & tuti otii successorem,
 „ quam divitis, ac sollicitæ gloriæ participem velis: quod & factum
 „ est. Cum vero Romanæ Ecclesiæ nuncii, aliiq; pii viri Religionē
 „ incuterent: ac inter cæteros Petrus Columna Diaconus Cardina-
 „ lis, qui eò injussus accurrerat, instaret, ne voluntati reluctaretur
 „ Divinæ, munus Petrus admisit Pontificium.

Reginaldum Polumbis Papam electum id fastigium adire recusasse
 autor *Historiæ & Antiquitat. Acad. Oxoniensis* Lib. II. f. 194. tradit.

Enim

Enimvero neq; recusasse sed distulisse, nec ipsam electionē metam attigisse alii perhibent qui Poli scripsere vitam, ex quibus unum adduxisse sufficiat *Jo. Imperialem in Museo Historico p. 34.*

„ Ac Julium tanti decus fastigii, non nisi a sanctissimo viro Regi-
 „ naldo, sibi velut de manibus traditum, prædicare solitum referunt,
 „ quod in conclavi conversis in hunc unum Alexandri Farnesii stu-
 „ dio Cardinalium votis, adorationem sibi vespere quodam oblatam
 „ minime obiri sit passus, at ad posteram voluerit lucem differri: lu-
 „ cis Deum, non tenebrarum amantem dictitans esse: hac vero in-
 „ terposita noctis mora distractæ multorū voluntates ad ipsum mox
 „ Julium adorandum coiere. Fortissimus, quod (ut ajebant) stipi-
 „ tis instar, tanti sacerdotii; vel adipiscendi spe, vel amittendi metu
 „ non est commotus.

Quanto alacrior e contrario in suscipiendo hoc axioma Cardinalis Montaltus, Sixtus V. postea dictus, subveritus ne propterea pœnitentia ducti revocarent electionem. Juvat audire *Palatium* jucunde hæc edifferentem in vita Sixti V. T. 4. fol. 379. 380.

„ Publicatis suæ electionis suffragiis, Montaltus Scipionem proje-
 „ cit, quo incedebat innixus, caput erexit, cum ante Pontificatum
 „ obstipito capite, defixo incederet in terram lumine, jocando:
 „ *antea se quæsisse claves, nunc seram querere, ut portam cæli reseraret:*
 „ ita Brietius. Scribit Andreas Maurocenus l. 13. facile conve-
 „ nisse Cardinales in Montaltum, quod neminem offendisset, sed
 „ in purpuratorum collegium cooptatus, a curis semotus vitam e-
 „ gisset privatam, secessuq; excultissimæ vineæ oblectatus, in qua sæ-
 „ pius ipsemet callida dissimulatione operabatur, quasi à concursu
 „ negotiorum alienus, ambitione vacuus, otio, ac quieti deditum
 „ se ostentabat. Ad mutationē Montalti, fluctuarunt & vota. Hinc
 „ Farnesius Cardinalis Decanus, qui vota numerabat, pœnitentiam
 „ suspicatus in eligentibus, clamare cœpit, vitiosum esse scrutinium:
 „ Montaltus vero gravitate judicis ac majestate Pontificis reposuit-
 „ *Silentium; nullius error;* eodem tempore insonans, *Te Deum lau-*
 „ *damus.* Flexis postea genibus, dum oraret, interrogatus à cæremo-
 „ niarum præfeco, an electioni acquiesceret? & Pontificatum reci-
 „ peret? Respondit: Recipere non possumus, quod jam accepimus,
 „ Inde assumtis Pontificalibus, Sixti IV. (qui Ordinis Minorum fu-
 „ it) centum abhinc annis eam sedem obtinentis memoriam inflau-
 ra-

„rare cupiens, Sixti V. nomen assumpsit, & symbolum, *De ventre*
 „*matris meae tu es DEUS Protector meus.* Impletum in eo est vatici-
 „nium Malachiae Prophetæ. *Axis in medietate signi*, quia linea trans-
 „versa Leonem intercideret Gentilitium. Exeuntes conclavi
 „Cardinales, pallore vel rubore conspersos cernens Farnesius, qui
 „diligenter cuncta rimabat, dixisse fertur: Carolum V, cum ipse
 „sero imperio renunciasset, mane dicitur poenituisse. Isti vero ele-
 „ctionis videntur poenitere non absolutæ. Cui Sfortia: Omnia be-
 „ne, dummodo poenitentia noctem non excedat.

Qu. VI. *Utrum Electo Pontifici possit constitui*
Curator?

Affirmavit Cardinalis *Reatinus* cum aliis apud Theodor. Niem
 Episcopum Verdensem Lib. I. de Schismate c. 41. f. m. 34.

„Cardinalis *Reatinus* tunc in Neapoli existens, cum aliquibus Car-
 „dinalibus, qui erant cum Urbano in castro Luceriae & cum quodam
 „Bartolino de Placentia, Procuratore in Romana Curia, audace &
 „ingenioso, qui solitus erat plerumque defendere iniquas causas ut
 „quomodolibet lucraretur, is coepit aliquas quaestiuunculas, quas
 „postea perlegi, continentes, quod si Papa esset nimis negligens
 „aut inutilis ad regendum, sed adeo inniteretur suo sensui, quod
 „per ejus factum periclitaretur universalis Ecclesia, vel esset ef-
 „frenis, ita quod absque consilio Cardinalium pro libito volun-
 „tatis omnia agere vellet, nunquid liceret idoneum Curatorem
 „vel aliquos idoneos Curatores per Cardinalium electionem sub-
 „stituire, juxta cujus seu quorum consilio seu rationis dictamine
 „Papa expedire singula Ecclesiae negotia teneretur, & talium qua-
 „estionum numero XII. edidit, pro parte affirmativa, quod sic fieri
 „possit, multas rationes adducens.

Annunt *Jacobatus* de Concil. l. 4. art. 3. num. 52. & l. 9. art. 1.
 num. 66: & *Manfredus* de Cardinal. decis. 319. Jus si electus Pontifex
 omnem rationis usum amittat convocandum esse Concilium &
 eligendum administratorem in Ecclesia.

Quære hic liceat: *Utrum tunc Ecclesia Roma-*
na non laboret Capite?

Monstrumq; biceps sit, duo habens Capita, unum insanum &
 delirans physicè, theologicè alterum.

COROLLARIA.

Roma per Augustanam Confessionem nobis est irreconciliabilis Ecclesia
Papæ non una, non sancta, non Catholica est Ecclesia.

1077
 mit

DN
Dor
POTEN
Supre
sanctio
Dir

o
mo
ILO
HS,
alchow,
DENBURGICI
a Consiliis
elefiasticarum
nsis Præsidi,

D.
Hambur

Pa-

